Positiones medicae de lacte, / quas, favente ... ex auctoritate ... Lucae van de Poll, ... publicae ventilationi submittit Olaus Wingius.

#### Contributors

Wingius, Olaus. Poll, Lucas van de, 1630-1713. Utrechtsche Academie.

#### **Publication/Creation**

Trajecti ad Rhenum : Ex officinâ Francisci Halma, Academiae Typographi, M DC XCVI. [1696]

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/mpf4zt88

#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

POSITIONES MEDICÆ DE. EARC TDE QUAS, FAVENTE DEO TER OPT. MAX. Ex Auctoritate Magnifici D. Rectoris, D. LUCÆ VAN DE POLL, J. U. D. & Codicis in Inclyta Academia Rheno-Trajectina Professoris Ordinarii, NEC NON Amplissimi Senatus Academici consensu, & Nobilissima Facultatis MEDICAE Decreto, PRO GRADU DOCTORATUS, Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis rite ac legitime consequendis, Publica ventilationi fubmittit --OLAUS WINGIUS, Sudermannia-Suecus. Ad diem 15. OCTOB. borà locoque folitis.



Т RAJECTI ad RHENUM, ExOfficinâ FRANCISCI НАLMA, Academiæ Typographi, clo loc xcyl.

# Serenissini & Potentissini REGIS SUECIÆ Summo Archiatro; UT E T Præsidi collegii Medici Holmensis

Generoso, Amplissimo & Experientissimo Dno Doctori URBANO H I E R N E, Mœcenati & Fautori suo optimo,

> in signum grati animi, positiones hasce qualescunque cum voto cujuslibet prosperitatis


TorbuAncina FRANCISCI HALMA, Academia

Offert, ac se suaque

Submisse commendas

## POSITIONES MEDICÆ

DE



## De Physiologia Lactis.

Ac est humor albus & dulcis, constans præprimis partibus oleosis, terrestribus & aquosis, cum sanguine mammis vel uberibus adductus, ubi intra illarum glandulas secretus, in alvos lactiferos evacuandus deponitur.

2. Lac non est sanguis candore infectus, nec sanguis in lac convertitur, sed lac e sanguine ope glandularum separatur.

3. Neque est chylus, qui e receptaculis suis per peculiares ad mammas meatus recta deducitur post coctionem : nunquam enim ejusmodi viæ inventæ sunt, neque rationi consentaneum est, ejusmodi reperiri.

4. Natura fimplicistimo modo operarur; frustra itaque mammis adscribitur officina aliqua transmutatoria, vel fermentum aliquod peculiare, cum reliqui in corporibus humores glandularum ope separentur.

5. Statuere itaque ex chylo albicante fieri fanguinem rubicundum & vice verfa ex fanguine lac albicans, id est naturam arguere actum agere, & infectum reddere quod factum est.

6. Lactis albedo adscribenda est partibus lac constituentibus & vasis secretoriis seu glandulis, quæ instar cribri sunt, quod non transmittit, niss particulas poris ejus apprime respondentes; vix autem fermento alicui in glandulis mammarum.

7. Lactis superficies distincta est in tenues & minutos globulos, qui plures luminis radios reflectunt, albedinemque ejus constituunt.

8. Ob dulcedinem Lac valde arridet infantibus, pueris, puellis aliisque, qui fibrarum plexum delicatiorem habent, & nimium timent adfrictum.

-wing at monoirors affait hour non inoration fearerionem in manner Lac

4

9. Lac, cibique ex illo præparati, cito faturant, cum pingues fint, omni fere acrimonia careant, & ventriculum ultra non urgeant.

10. Lacautem, ut & alia dulcia, quæ utplurimum pinguia sunt, ideoque supernatant, paulo avidius sumta, nauseam potius quam appetentiam conciliant.

11. Quod lac partibus oleosis, terrestribus & aquosis constet, satis superque evincunt butyrum, caseus & serum, quæ ab eo siunt.

12. Partes conftituentes lac ita dictum virginale, emultiones aliofque liquores albos, ex particulis oleofis, terrestribus & aquofis, compositos, illi etiam albedinem lactis, unde scilicet st & quibus partibus constet, non parum illustrant.

13. Butyrum a lacte folo motu, caseus autem & serum per adjectionem acidorum separantur.

14. Lac præter partes oleosas, aqueas & terrestres, particulis etiam volatilibus & acidis constat. per has connexio lactis solvitur; per illas vero confervatur.

15. Sic ebutyrationem lactis impedit faccharum, ob fal fuum volatile oleofum, quod lactis partes combinat, confiftentiam confervat; contra vero acidum connexionem illam folvit, & feceffionem particularum introducit.

16. Lacti acidum ineffe indicant. 1. Cibi & potus, quorum nulli acido carent. 2. Lactis coagulatio & acescentia : veterascendo enim acescit. 3. Transmutatio artificiosa sanguinis in lac per acida, lactis vero in sanguinem, per alcalia.

17. Acidum illud tanquam ligatum & implicatum est, ramofis olei partibus, donec per æstatis vel ignis calorem, accedente acido, motum accipiat pars vero ejus ad motum minus apta, dispersa in formum coaguli redigitur.

18. Secretio lactis in mammis, perficitur ope glandularum & tubulorum; in utero vero ope placentæ uterinæ, quæ etiam glandulofum quoddam est corpus.

19. Lac non fecus, ac alios humores, interdum reduci per vala lymphatica, verofimile est.

20. Id quoque fieri posse, confirmant earum exempla, quarum mammæ primo tumuere lacte, postea vero prorsus detumuere, ita ut lac per alia loca erupuerit.

21. Naturæ scrutatori non sufficit lactis secretionem in mam-

mis

#### POSITIONES MEDICÆ.

mis post conceptionem vel partum adscribere prudentiæ naturæ. 22. Copiosius v. ad mammas post conceptionem fertur ob spiritum seminis masculini, qui facit partes lacteas facilius & citius secerni & præcipitari a sanguine, non modo in mammis, sed & in utero; penetrat enim spiritus ille totam sanguinis feminei massam.

23. Post partum autem, excluso fœtu, qui ante multum chylosi in utero pro nutrimento accipiebat, necesse est regurgitet chylus & copiosior deprehendatur; imprimis ad mammas, ubi copiosæ glandulæ adsunt, aptæ, ad secernendum lac e sanguine.

24. Ob varietatem particularum, visciditatem & pinguedinem, lacfervorem subito concipit & in ingentem spumam elevatur, eundemqueservorem diu retinet.

### COMAPUTIT I.

#### De status lactis praternaturali.

-ME REL DA . 36

STRIKE

1. Lactis generatio læditur, ubi lac vel abundat, vel deficit vel depravatur.

2. Abundat ex chylo copiolo, & laxa glandularum constitutione.

. 3. Deficit lac; ubi generatio ejus parcior, vel plane nulla fit.

4. Parcior fit, ob nimias sanguinis effusiones, menses vel lochia nimis large fluentia; nec non ob alios morbos, la chantes vel puerperas affligentes.

5. Parcior etiam vel plane nulla lactis fit generatio, vitio vel mammarum, vel chyli.

6. Vitio mammarum quando vel desunt, vel ineptæ sunt ad lac producendum & reservandum.

7. Ineptæ sunt, ob duritiem glandularum, vel naturalem vel accessoriam, per adstringentia vel austera externe mammis imposita.

8. Vitio chyli, generatio impeditur, quando chylus vel plane nullus, vel ineptus defertur.

9. Plane nullus defertur, vel ob sui deficientiam per inediam, coactam vel voluntariam, vel læsionem viarum lactis.

10. Viæ, per quas deberet secerni vel deferri, variis modis læduntur, vel per obstructionem, erosionem, ruptionem, dissectionem, vel ob angustiam viarum seu vasorum, per quæ discretio & allatio fieret.

II. De-

6

11. Depravatio lactis fit ratione vel 1. Coloris, ubilac flavum &c. 2. Saporis, ubi amaricans vel fallum. 3. Confiftentiæ ubi lac tenuius vel craffius emittitur.

12. Hucetiam referri possunt raræ & insuetæpotius, quam p. n. lactis evacuationes, respectu sexus & ætatis, in viris & virginibus, quales factæ sunt in tota quadam Familia Daniæ juxta observat. Celeberr. Bartholini.

13. Lac cogulatum merito etiam præternaturale dicitur.

14. Coagulatio lactis fit ab aëre vel ab adjecto acido.

15. Ab aëre, imprimis æstivo, ab innumeris, per, aëra volitantibus, particulis nitrosis & acidis, quæ lacti commixtæ, nexum ejus solvunt, & partes salinas ab aliis secedere faciunt.

16. Acidum, quo magis ad aufteritatem accedit, eo coagulationes reddit firmiores; Ita coagulum vituli leniter acetum autem fortiter coagulat.

17. Lac emulcum non tam subito, ac sanguis, in serum & grumos facescit, cum lactis partes non tam distractæ sunt, ac sanguinis, sed intimius agglomeratæ & arctius implicatæ.

18. Coagulatio lactis in mammis fit vel ab 1. Impletione, fi convenienti tempore non exsugitur. 2. Aëre frigidiore. 3. Usu nimio acidorum. 4. Terrore seu spiritibus revocatis, depauperatis & perturbatis, unde humores non facile circulantur & lac in coagulum abit.

#### C A P U T I I I

#### De Semiotice Lactis.

 Mammæ, quo molliores & laxiores, eo copiofius lac fuppeditant,
Signa lactis boni & bene conflituti, fumantur ex 1. Bona lactantis conflitutione. 2. Suavi lactis fapore. 3. Candido colore, &
Confiftentia neque nimis tenui vel craffa, fed cujus guttula ungui fuperfuía, non facile diffluit, verum inftar unionis & criftallinæ guttæ fubfiftit integra.

3. In cura lactis optimum est signum, ubi sitis, quæ in principio vehemens erat, postea sensim mitigatur.

4. Verum si multi flatus observentur, murmura audiantur, dolor ventris, nausea, vomitus, febris vel dolor capitis urgeant, consultum est abstinere a cura, juxta egregium illud Coi : Lac præbere capite capite dolentibus malum, malum vero & febricitantibus, & quibus hypochondria elata aut murmurantia, & siticulos. Malum item quibus bilios dejectiones, febres acutæ & copiosa sanguinis evacuatio facta est. Convenit v. tabidis non admodum valde febricitantibus lac præbere, & in febribus longis & languidis, dum nullum ex supra dictis signis adsit & præter rationem extenuatis. Sect. V. aph, 64.

5. Lac in mammis non semper est signum amisse virginitatis. Observatum enim est mares, virgines, infantes, capras ante coitum & hircoslac aluisse.

6. Mulierigravidæ fi lac e mammis copiose fluat, fœtum imbecillem significat. Hippocr. Sect. V. aph. 52.

#### CAPUTIV.

De confervatione lactis fana.

1. Confervatio lactis sana unice fere dépendet ab observationibus rerum non naturalium.

2. Aër temperatus ut falutis & humorum; ita & lactis optimus eft confervator.

3. Copioso cibo & potu materiam lactis refarciunt nutrices ; illis vero deficientibus, imminuitur lactis copia.

4. Quædam ex potatione vini copiosum generant lac aliis vero indeminuitur.

5. Aliæ ex hac, aliæ ex alia specie cerevisiæ copiosum suppeditant lac, non enim omnes ejusdem sanguinis & temperiei sunt, neque omnia præcipitantur ab omnibus: Id ergo melius experientia, quam regulis patet.

6. Lac generantia sunt, quæ multum chylum suppeditant, nec non quæ chylum facile a sanguine separant.

7. Lac v. minuentia, quæ exficcant, lenissime adstring unt & separationem lactis impediunt, quo multum facit victus parcus & parum humidus.

8. Caveant fibi lactantes abacidis : ut enim alcalia omnia lac confervant, ita acida illud corrumpi faciunt.

9. Motus, quies, somnus, vigiliæ, item alvi excretio vel retentio in excessivel defectu, varie etiam lac alterant.

10. Affectus animi immediate agunt in spiritus animales, & spiritus

113

8

35 (HINDOG 33

in corporis nostri fluores. Cavendum itaque la ctantibus ab illis, quæ spiritus & fluores vel nimis accendunt utpote sunt ira & amor; vel figunt quales sunt tristitia & mœror.

## CAPUTV.

## De usu lactis. con min De usu lactis.

1. Lac muliebre reliquis speciebus merito præsertur, quippe quod ex cibis conficitur, quorum partes magis cum nostro alimento conveniunt.

2. Vaccinum quia est familiare, absque nausea assumitur & ob crassitiem optime nutrit.

3. Asininum ob tenuitatem & seri sui copiam facile distribuitur & immodicam partium ariditatem temperat.

4. Lac inter alimenta est præstantissimum, ast requirit corpus purum, viscera sana & primas vias liberas.

5. Lac optime nutrit, ob 1. Visciditatem & concrescendi aptitudinem. 2. Partium, quibus constat, varietatem, convenientem suppeditat materiam partibus nutriendis. 3. Convenientiam quam cum substantia corporis habet, facile in cam mutari potest. 4. Quod satis superque evincunt infantes, vituli & homines, qui solo lacte augentur & pinguescunt.

gentur & pinguescunt. 6. Lac in multis morbis gravibus & desperatis incredibili prorsus cum successu adhibitum est, utpote in scorbuto, phthisi, tabe, podagra, dysenteria, calculo &c.

7. In phthisi, serosa lactis pars ulcus abstergit, caseosa consolidat, & butyrofa totum corpus nutrit.

8. In tabe, lac respectu tenuitatis, facile distribuitur & bene temperat ratione vero visciditatis & pinguedinis optime nutrit.

9. Lac dulce tepidum omnium humorum acrimoniam, ipfiufque veneni temperat.

10. Cura variarum lactis læsionum, respectu caussarum & circumstantiarum satis ampla & varia est; ego vero hisce jam rivulos claudens, WIRDIN's HIGTORY

autragi cu tanga omilota mirmina en fonte o t

CONTRACTOR , CONTRES